



Collegium Universi Juris Canonici

Engel, Ludwig

Salisburgi, 1693

Privilegium XLIII. Monasterium non obligatur ex mutuo nisi probetur
versum in ejus utilitatem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61596](#)

PRIVILEGIUM XLIII.

Monasterium non obligatur
ex mutuo nisi probetur versum in
eius utilitatem.

1. A civitate ducitur argumentum ad Ecclesiam.

2. Quid juris si mutuum à Prelato cum consensu
in capituli acceptum? remisive.

Civitas (Inquit Vlp. in L. 27. ff. si certum pet) mutui datione obligari potest, si ad utilitatem
eius pecunia vera fuit, alioquin ipsi soli, qui con-
traxerunt novi Civitas tenebitur. Idem jus civi-
tatis ad Ecclesiast transferunt DD. & facta collig-
itur ex Auth. hoc ius porrectum, in fin. C de SS.
Ecc. c. pen. X. de fiducijs. c. 1. ibi. prae necessitate Ec-
clesia contra dicta de solutione. Sed an haec probatio
verisimilis in utilitatem Ecclesiæ si Prelatus vel
Administratores una cum consensu. Conventus
seu Capituli mutua pecunia accepit contro-
versia est? De qua videatur Fach. a. Contr. c. 77.

PRIVILEGIUM XLIV.

Monasterium potest excepti-
onem non numeratae pecuniae
etiam ultra biennium oppondere.

1. Quid sit exceptio non numerata pecunie.

2. Hoc privilegium consequtur ex priori.

Si debitor in chyriographo facetur se acceperisse
pecuniam mutuam, & ex postfacto conven-
tus super mutuo neget sibi pecuniam aliquando
ab Actore seu Creditore numeratam esse, idque
intra biennium fecerit, audietur catenus, ut in
Actorem transfaret onus probandi, pecuniam
numeratam fuisse, post biennium vero elapsum
de furo Civili absoluta solvendi obligatio con-
stituitur. Praesumitur enim presumptione juris
de jure (contra quam non admittitur probatio
in contrarium) Chyriographum tanto tam-
pore relicturus non fuisse apud Creditorem nisi
pecuniam accepisset, t. t. Instr. de Lat. obl. at-
tamen exceptio in Monasterio ex priori privi-
legio consequtitur: si enim Creditor non potest
suum effectu agere ad suum debitum conse-

quendum, nisi probet in utilitatem Ecclesiæ
concessum, profecto non Monasterio sed ipsi pe-
cunia numeratio probanda incumbet, tradit eti-
am Tyraq. priv. 154. Cum Baldo in auth. hoc
ius porrectum. C. de S. Ecc.

PRIVILEGIUM XLV.

Beneficia regularia, tantum
regularibus conferenda sunt, &

in dubio beneficium fundatum
in Monasterio præluminur
regulari.

1. Quanam dicantur beneficia secularia.
2. Quando beneficium regulari possit commuta-
ri in seculari.
3. Quanam regularia.
4. In Monasterio fundatum beneficium pre sumi-
tur regulari.
5. Mala consequentia S. Petrus fuit secularis. cr-
eo omnia beneficia praesumuntur talia.
6. Consenserit Abbatu & Conventi requiritur
ut in Monasterio fundetur beneficium sec-
ulari, eritque tunc Monasterium Compa-
tronus.
7. Beneficiorum seculariam incapaces sunt Reli-
giois.
8. Possunt autem eligi in Episcopos.
9. Item promovere ad dignitates Ecclesiærum col-
legiarum.
10. Item ad Parochias facularies.
11. Consilium à quodam tradiditum circa promo-
tionem Religiosorum ad Parochias.

Communis beneficiorum divisio est, quod
alia sint *secularia*, alia *regularia*; *secularia* dicuntur illa, quæ vel ab initio pro Clericis se-
cularibus fundata sunt, vel in quibus ex suc-
cedente prescritione 40. annorum, vel legi-
tima fundationis ex autoritate sedis Apostoli-
ca, commutatione (quæ commutatio runc-
den. un. dejure recte fieri ceaseret, si beneficia
regularium nec per Religiosos ejusdem, nec al-
terius Ordinis providerint possint Tex. & Gloss.
in c. inter quartos de Relig. dom. c. possessiones.
10. de Rebus Eccles. non alienandis cap. reu-
latum. 7. ne Clerici vel Monach.) Clericis
secularibus jus quaslibet est. Regularia vero
beneficia sunt, quæ similiter vel ex prima fun-

H. dario